



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 3. Quale speciatim debeat esse Votum Castitatis, ut censeatur
reservatum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

driquez, Petro de Ledesma, Azorio,
Lessio, &c.

Idem est de voto exequendi sta-
tim votum Religionis: Quia est vo-
tum distinctum à voto Religionis
Sanchez n. 76. Basil. Pontius De Ma-
trim. l. 8. c. 8. n. 25. Castropalao pu.
II. n. 4.

Q. 3. Quale speciaticim debeat esse Vo-
tum Castitatis, ut censeatur reservatum?

R. Debet esse perfectum & de ca-
stitate propriâ & perfectâ, seu, de to-
tali & perpetuâ in futurum abstin-
tiâ ab omni voluntariâ delectatione
venereâ, tam intra quàm extra conju-
gium. Doctores communiter apud
Gobat De Jubil. n. 312.

Hinc I. reservatum non est votum
castitatis non perpetuæ, ut 10. 15. 20.
annorum.

Censetur autem perpetuum votum
castitatis 100. annorum, eò quòd vita
hominis præsumatur non diutiùs du-
rare. Sanchez c. 40. n. 49. Lessius n.
123. Trullenck Bull. Cruc. l. 1. §.

272 P. 3. De Jubilao extraordinario.

7. c. 3. dub. 15. n. 7. Barthol. à S. Fausto *Thesauro Relig. t. 3. q. 71. &c.*

Unde, si quis octogenarius voveret se 20. annis servaturum castitatem, tale votum reservatis annumerandum esse, verosimiliter infert Gobat n. 313. Trullenck *ibid.*

II. Reservata non sunt vota non contrahendi in matrimonium, non fornicandi, non tangendi mulierem, non petendi debitum conjugale; nec votum non petendi nec reddendi debitum, factum de communi consensu conjugum, Lessius n. 123. nec votum permanendi in statu viduali, matrimonii leges sanctè servandi, seu castitatis conjugalis, nisi hoc votum sit annexum auctoritate Pontificiâ Statui Religioso, ut est hodie Statui Equitum militarium, præter Equites sancti Joannis, qui absolutam castitatem voverunt. Sanchez c. 40. n. 50, Layman c. 8. n. 8.

III. Non est reservatum votum Virginitatis servandæ, quando constat

stat non esse omnimodæ castitatis, sed
solummodo integritatem servan-
di, consistentem in abstinentiâ à pri-
mo actu, per quem virginitas deper-
ditur.

Dixi, quando constat; cum scilicet
vovens expressè voluit non obligare
se ad totalem castitatem. Nam, si de
tali limitatione non constat expressè,
censetur votum perfectum & absolu-
tum castitatis, adeoque reservatum.
Sanchez n. 65. cum Azor, Sayro, Les-
sio; Diana p. I. tr. II. R. 60. Trullenck
suprà. Vide tamen De Moya tr. de Re-
lig. disp. I. q. 2. §. 2.

IV. Votum Castitatis absolutæ,
emissum à conjugate absque alterius li-
centiâ, matrimonio jam consumma-
to, non est reservatum, cum non sit
omnimodæ castitatis. Sanchez cap.
40. n. 52. Diana sup. R. 82. Trullenck
n. 12. cum aliis.

Factum autem matrimonio non-
dum consummato, reservatum erit, si
nempe factum sit animo ingrediendi

274 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
in Religionem, ad illud implendum,
sciendo non esse aliud medium. San-
chez, Diana, Trullenck *ibid.* &c.

Idem dicendum, si conjux cum al-
terius licentiâ emiserit votum casti-
tatis, etiam post matrimonium con-
summatum, animo ingrediendi Reli-
gionem &c. Sanchez *n.* 54. Trullenck
n. 14. cum Ludovico à Cruce.

Quòd si uterque conjux, communi
consensu, & per modum contractus,
castitatem vovisset; tunc esset reser-
vatum: quia absolutæ & omnimo-
dæ castitatis. Navarrus, Henriquez,
& alii, quos citat & sequitur San-
chez *De Matrim.* l. 8. *disp.* 11. *n.* 10. &
in Decal. l. 4. c. 40. *n.* 57. Sayrus l. 6.
c. 11. *n.* 53. Diana R. *illâ* 82. Trullenck
n. 16.

Rectè autem monet Layman c. 7.
n. 16. *sine*, conjugibus, nisi senes sint,
non esse facile suadendum, ut perpe-
tuæ continentiæ votum edant.

V. Votum assumendi Ordinem sã-
crum, non est reservatum: quia non
est

est votum castitatis, sed votum assumendi statum, cui annexa est castitas. Diana R. 64. cum Henriquez, Sanchez, Fernandez, & aliis; sicuti nec votum vovendi castitatem. Diana R. 76. Castropalao pu. 11. n. 1. cum Suarez, Sanchez, & aliis.

VI. Potest etiam commutari, quando diversis votis varia ad castitatem pertinentia sunt promissa, ita ut ex omnibus illis junctis consurgat obligatio ad perfectam castitatem. Ut, si quis semel promiserit se non initurum matrimonium, & iterum se non fornicaturum, & iterum se nullum peccatum venereum admissurum. Quia quodlibet horum est commutabile, cum non sit reservatum: ergo & omnia illa simul. Nam Vota posteriora se habent per accidens ad prius.

Hoc autem intelligendum est, nisi id ultimum votum, quo castitas perfecta completur, consultò ille fecerit, ut perfectâ castitate obstrictus maneat. Tunc enim censetur priora

276 P. 3. De Jubileo extraordinario.
cum hoc posteriori conjungere, &
velle perfecto castitatis voto se ob-
stringere, Sanchez c. 40. n. 68. & cum
eo Diana p. 1. tr. II. R. 67. Trullenck
num. 25. citans etiam Ludovicum à
Cruce,

Q. 4. *Quale speciatim debeat esse Vo-
tum Religionis?*

R. Debet esse absolutum & perfe-
ctum Religionis propriè & simplici-
ter dictæ.

Hinc I. Vota Religiosa, seu per
quæ fit quis verè Religiosus, ita sunt
reservata, ut à nullo saltem qui sit in-
ferior Summo Pontifice sint dispen-
sabilia aut commutabilia.

Idem dicendum de votis peculia-
ribus quarundam Religionum, an-
nexis Professioni seu Votis Religiosis
substantialibus, ut Voto vitæ quadra-
gesimalis in Ordine Minimorum,
Votis quibusdam peculiaribus in So-
cietate JESU, &c. Diana p. 6. tr. 8.
R. 34. cum Suarez, & aliis. Et de his
non est difficultas.

II, Vo-